This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NEDL TRANSFER
HN 62BN $

Elementary Classics

KC
16203

CAESAR

Tales of the CIVIL WAR

C. H. KEENE M. A.

Digitized by Google

KC16203
Fc 7.271.15

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
WILLIAM TREGURTHA
of Malden, Massachusetts

The Gift of
Miss Alma M. Brown
and
Mr. & Mrs. George Channing Lawrence

April 12, 1922

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

0

Elementary Classics

TALES OF THE CIVIL WAR

FROM

CAESAR'S COMMENTARIES.

ADAPTED FOR THE USE OF BEGINNERS

With Vocabulary, Notes, and Exercises

BY

CHARLES HAINES KEENE, M.A.

London
MACMILLAN AND CO.
AND NEW YORK
1894

[*All rights reserved*]

Digitized by Google

KC16203
~~LC 7.271.15~~

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
WILLIAM TREGURTHA
APRIL 12, 1922

Digitized by Google

CONTENTS.

	PAGE
INTRODUCTION,	vii
TEXT,	1
ABBREVIATIONS,	32
VOCABULARY,	33
NOTES,	63
EXERCISES,	71
INDEX,	89

ILLUSTRATIONS—

COLUMNS AT BRINDISI MARKING THE END OF THE VIA APPIA,	*Frontispiece*
BUST OF CAESAR,	31

MAPS—

ITALY,	*To face* p. 1
SPAIN,	7
AFRICA,	15
GREECE,	18

Digitized by Google

Digitized by Google

INTRODUCTION.

THE three books of the Commentaries on the Civil War contain an account by Caesar himself of the contest between him and Pompey for the chief place in the Roman state. In the year 49 B.C., Pompey and Caesar were the two leading men of their time, and there was no independent authority competent to curb their rivalry. As neither could brook the superiority of the other, a conflict was inevitable, and their struggle for power involved their country in civil war.

Caesar begins his narrative by referring to a letter which he sent to the senate by the hands of Curio, in January, 49 B.C. In this letter it was proposed that both Pompey and Caesar should resign their provinces and disband their armies, and that Caesar should then go to Rome to stand for the consulship. The letter was read in the senate, but no resolution was moved upon it. A general discussion on the position of the state then took place, and finally a resolution was passed ordering Caesar to disband his army by a fixed day, under pain of being declared

Digitized by Google

a public enemy. Hereupon the magistrates were armed with dictatorial power and preparations for war commenced. On learning this Caesar advanced to Ariminum, thereby leaving his province and practically declaring war against the senate. He rapidly took possession of a large number of towns in Italy, and so great was the alarm at Romē that the consuls fled to Capua. Domitius made a brief stand at Corfinium, but the town soon yielded to Caesar. Thereupon Pompey went to Brundisium, whither he was followed by Caesar, who began to block up the harbour. Pompey, however, succeeded in embarking his troops secretly, and crossed to Greece. Caesar through want of ships was unable to follow. He accordingly, abandoning the pursuit for the present, proceeded to Rome, where he summoned the senate and made an ineffectual attempt to treat with Pompey. He then went to Gaul and afterwards to Spain to conduct operations there, and he ultimately got the better of Pompey's supporters in both those countries.

In Africa, however, he was less fortunate, as his lieutenant, Curio, who had crossed thither from Sicily, was worsted and slain after an energetic campaign.

Caesar, during his absence from Rome, had been named dictator, and by virtue of that office on his return in 48 B.C. he took steps to restore credit and

Digitized by Google

reestablish the public confidence which had been shaken by the war. Having carried out various measures with this view and presided over the elections, at which he was himself chosen one of the consuls, he resigned the dictatorship, and proceeding to Brundisium thence crossed to Greece. In the latter country the war was carried on with varying success for several months, until at last on August 9 (June 6 of the Julian calendar), 48 B.C., the two generals met on the field of Pharsalus. Here a decisive battle was fought in which Pompey was defeated and compelled to take to flight. He first escaped to Amphipolis and afterwards vainly sought safety at various places in Asia and the neighbouring islands. He finally determined to seek shelter in Egypt, but on attempting to land in that country he was treacherously slain by Achillas and Septimius, the advisers of the young king Ptolemy.

The present selections end with this tragic event, which practically left Caesar master of the Roman world. The few remaining chapters of the Commentaries describe the pursuit of Pompey, Caesar's arrival in Egypt and the commencement of the Alexandrine war.

The Tales here given are much abridged from the original, and the language has been somewhat simplified, especially in the earlier sections. The Exercises are based on the text, and it has not

Digitized by Google

been thought necessary to give an English-Latin Vocabulary, as most of the words used in each Exercise occur in the corresponding section of the text, except in the case of some very common words and of a few others which are supplied within brackets in the several Exercises.

The Vocabulary is divided into sections corresponding with those of the text, and each Latin word is explained in the Vocabulary on its first occurrence. When the same word recurs in a later part of the book its place in the Vocabulary may be found by means of the Index.

The Notes supplement the Vocabulary in the few cases where an explanation of the text is required in a form not suitable for a Vocabulary.

In preparing the Text and Notes I am chiefly indebted to Kraner and Hofmann's edition of the three books of the Commentaries. I have also derived some assistance from Malcolm Montgomrey's excellent edition of the first book.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TALES OF THE CIVIL WAR.

1. *A Letter from Caesar is read in the Senate and unfavourably received.*

Litterae a C. Caesare consulibus redduntur.

Aegre impetratum est ut in senatu recitarentur.

Referunt consules de republica infinite.

L. Lentulus consul senatui reique publicae se non defuturum pollicetur.

In eandem sententiam loquitur Scipio.

Dicit Pompeio esse in animo reipublicae non deesse.

Haec Scipionis oratio, quod senatus in urbe habebatur Pompeiusque aberat, ex ipsius ore Pompei mitti videbatur.

2. *Pompey prepares for War.*

Missus est ad vesperum senatus.

Omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio evocantur.

Laudat eos Pompeius atque in posterum confirmat.

Completur urbs tribunis, centurionibus, evocatis.

Necessarii Pompei atque Caesaris inimici in senatum coguntur.

Digitized by Google

Horum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur, plerisque vero libere decernendi potestas eripitur.

3. *The Senate arms the Magistrates with dictatorial power. The Tribunes escape to Caesar.*

Iam Pompeius totum se ab Caesaris amicitia averterat et cum communibus inimicis in gratiam redierat.

Rem ad arma deduci studebat.

His de causis aguntur omnia raptim atque turbate.

Decurritur ad illud extremum atque ultimum senatusconsultum;

Dent operam consules, praetores, tribuni plebis, ne quid respublica detrimenti capiat.

Profugiunt statim ex urbe tribuni plebis seseque ad Caesarem conferunt.

Is eo tempore erat Ravennae exspectabatque suis lenissimis postulatis responsa.

4. *Troops are levied in Italy. Caesar appeals to his Soldiers, who promise to support him.*

Proximis diebus habetur extra urbem senatus.

Pompeius eadem illa, quae per Scipionem ostenderat, agit.

Tota Italia dilectus habentur, arma imperantur, pecuniae a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur.

Quibus rebus cognitis Caesar apud milites contionatur.

Digitized by Google

Iniurias inimicorum in se commemorat.

Conclamant legionis tertiae decimae, quae aderat, milites, sese paratos esse imperatoris sui iniurias defendere.

5. *Caesar leaves his Province and enters Italy.*

Cognita militum voluntate Caesar Ariminum cum ea legione proficiscitur.

Reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi iubet.

Ab Arimino M. Antonium cum cohortibus quinque Arretium mittit.

Ipse Arimini cum duabus subsistit ibique dilectum habere instituit.

Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat.

6. *Panic at Rome. The Consuls fly to Capua.*

Quibus rebus Romam nuntiatis tantus repente terror invasit ut Lentulus consul ex urbe profugeret.

Hunc Marcellus collega et plerique magistratus consecuti sunt.

Cn. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus iter ad legiones habebat, quas a Caesare acceptas in Apulia hibernorum causa disposuerat.

Nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur.

Capuae primum sese confirmant et colligunt.

Digitized by Google

7. *Caesar occupies Asculum and advances on Corfinium.*

Interea Caesar Asculum Picenum proficiscitur.

Id oppidum Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat.

Qui Caesaris adventu cognito profugit, et in itinere in Vibullium Rufum missum a Pompeio incidit.

Vibullius milites ab eo accipit, ipsum dimittit et ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit.

Caesarem adesse cum legionibus duabus nuntiat.

Caesar ipse unum diem rei frumentariae causa moratus Corfinium contendit.

Eo cum venisset ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit.

8. *Domitius in vain seeks Help from Pompey. Corfinium surrenders to Caesar.*

Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum cum litteris mittit, qui petant atque orent, ut sibi subveniat.

Pompeius rescripsit, sese rem in summum periculum deducturum non esse.

Domitium ad se cum omnibus copiis venire iussit.

Id ne fieri posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.

Domitius arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur consiliumque fugae capere constituit.

Digitized by Google

Divulgato Domitii consilio milites suae salutis rationem habent.

Itaque legatos ex suo numero ad Caesarem mittunt: sese paratos esse portas aperire et L. Domitium vivum in eius potestatem tradere.

Caesar omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet.

Hos omnes dimittit incolumes.

Milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet.

Eo die castra movet et in Apuliam pervenit.

9. *Pompey goes to Brundisium and thence secretly sails for Greece.*

Pompeius his rebus cognitis, quae erant ad Corfinium gestae, Brundisium proficiscitur.

Consules Dyrrhachium cum magna parte exercitus profecti sunt.

Pompeius cum viginti cohortibus Brundisii remanebat.

Caesar Brundisium pervenit et exitus administrationesque Brundisini portus impedire instituit.

Pompeius, sive operibus Caesaris permotus sive etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, milites silentio naves conscendere iubet, et sub noctem naves solvit.

Digitized by Google

Caesar, etsi ad spem conficiendi negotii maxime probabat coactis navibus mare transire et Pompeium sequi, tamen eius rei moram temporisque longinquitatem timebat, quod omnibus coactis navibus Pompeius praesentem facultatem insequendi sui ademerat.

Itaque in praesentia Pompei sequendi rationem omittit, in Hispaniam proficisci constituit.

10. *Caesar assembles the Senate at Rome. Unsuccessful Attempt to treat with Pompey.*

Caesar milites in proxima municipia deducit; ipse ad urbem proficiscitur.

Coacto senatu iniurias inimicorum commemorat.

Patientiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset.

Acerbitatem inimicorum docet, qui, quod ab altero postularent, in se recusarent.

Dicit legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere.

Probat rem senatus de mittendis legatis; sed, qui mitterentur, non reperiebantur, maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat.

Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Romae remansissent et qui in castris Caesaris fuissent.

Digitized by Google

Digitized by Google


SPAIN
Roman Miles
0 50 100 200
English Miles
0 50 100 200
G A U L
Arelate
Massilia
Narbo
Rhodanus Fl.
Pyrenaeus Mons
Vindius Mons
CANTABRI
Minius Fl.
GALLAECIA
ASTURIA
HISPANIA TARRACONENSIS
CELTIBERI
Calagurris
Osca
Cinga Fl.
Iberus Fl.
Sicoris Fl.
Jacetani
Aturetani
Ilerda
Octogesa
Tarraco
Durius Fl.
VETTONES
Idubeda Mons
Illurgavonenses
Herminius M.
Tagus Fl.
HISPANIA
CITERIOR
Baleares Insulae
Olisipo
LUSITANIA
Anas Fl.
Mariani M.
Saltus Castulonensis
Orospeda M.
Corduba
Italica
Hispalis
BAETICA
Baetis Fl.
Mingula M.
Carthago Nova
Gades
MAURETANIA
Walker & Boutall sc.

Itaque Caesar frustra diebus aliquot consumptis ab urbe proficiscitur atque in ulteriorem Galliam pervenit.

11. *Pompey's Lieutenants prepare to hold Spain.*

C. Fabium legatum cum legionibus tribus in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur.

Afranius et Petreius et Varro legati Pompei erant.

Horum unus Hispaniam citeriorem tribus legionibus, alter ulteriorem a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat.

Officia inter se partiuntur. Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscitur; Varro cum iis, quas habebat, legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tuetur.

12. *Caesar appears before Ilerda and begins Operations.*

Fabius in Sicori flumine pontes effecerat duos distantes inter se milia passuum quattuor.

Eo Caesar cum equitibus nongentis pervenit.

Postero die triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur et sub castris Afranii consistit.

Inter oppidum Ilerdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, tumulus erat paulo editior.

Digitized by Google

Hunc si occupavisset Caesar et communisset, ab oppido et commeatu omni se interclusurum adversarios confidebat.

13. *Skirmish for possession of a Hill.*

Hoc sperans, legiones tres ex castris educit et unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iubet.

Afranii cohortes breviore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur.

Contenditur proelio et, quod prius in tumulum Afraniani venerant, nostri repelluntur atque terga vertere seque ad signa legionum recipere coguntur.

Caesar cohortatus suos legionem nonam subsidio ducit; hostem nostros insequentem supprimit rursusque terga vertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit.

Haec eius diei praefertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent: Afraniani quod tumulum tenuissent, quae causa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent; nostri autem, quod iniquo loco congressi quinque horis proelium sustinuissent et adversarios in oppidum compulissent.

14. *Several Spanish Tribes join Caesar. Afranius and Petreius determine to retreat into Celtiberia.*

Interim Oscenses et Calagurritani mittunt ad Caesarem legatos seseque imperata facturos polli-

Digitized by Google

centur. Hos Tarraconenses et Iacetani et Ausetani et paucis post diebus Illurgavonenses, qui flumen Hiberum attingunt, insequuntur. Magna celeriter commutatio rerum; multae longinquiores civitates ab Afranio desciscunt et Caesaris amicitiam sequuntur.

Itaque constituunt Afranius Petreiusque in Celtiberiam bellum transferre. Hic magnos equitatus magnaque auxilia exspectabant et suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio toto flumine Hibero naves conquirere et Octogesam adduci iubent. Id erat oppidum positum ad Hiberum miliaque passuum a castris aberat triginta. Ad eum locum fluminis navibus iunctis pontem imperant fieri legionesque duas flumen Sicorim traducunt.

15. *Caesar's Cavalry cross the Sicoris and harass the Retreating Enemy.*

Caesar, qui partem aliquam Sicoris averterat vadumque in eo flumine effecerat, huc iam reduxerat rem, ut equites possent atque auderent flumen transire, pedites vero cum altitudine aquae tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Relinquebatur Caesari nihil, nisi uti equitatu agmen adversariorum male haberet et carperet. Itaque equites ab eo missi flumen transeunt, et cum de tertia vigilia Petreius atque Afranius castra movissent, repente sese ad novissimum agmen ostendunt et iter impedire incipiunt.

Digitized by Google

16. *Next day his Infantry also cross the River.*

Prima luce certior factus est Caesar, paratos esse milites ea transire flumen qua traductus esset equitatus. Etsi timebat tantae magnitudini fluminis exercitum obicere, conandum tamen atque experiendum iudicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse. Hos cum legione una praesidio castris relinquit; reliquas legiones expeditas educit magnoque numero iumentorum in flumine supra atque infra constituto traducit exercitum.

17. *Caesar overtakes the Enemy. Both Sides encamp and send out Reconnoitring Parties.*

Quos ubi Afranius conspexit, locis superioribus consistit aciemque instruit. Caesar in campis exercitum reficit, ne defessum proelio obiciat; rursus conantes progredi insequitur et moratur. Illi necessario maturius, quam constituerant, castra ponunt. Caesar quoque in proximo colle castra ponit.

Media circiter nocte fit certior Caesar, duces adversariorum silentio copias castris educere. Quo cognito signum dari iubet et vasa militari more conclamari. Illi exaudito clamore veriti, ne noctu impediti sub onere confligere cogerentur, iter supprimunt copiasque in castris continent.

Digitized by Google

Postero die Petreius occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris Caesaris: mittitur L. Decidius Saxa, qui loci naturam perspiciat. Uterque idem suis renuntiat: quinque milia passuum proxima intercedere itineris campestris, inde excipere loca aspera et montuosa: qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii.

18. *Caesar makes a Detour over rough ground and by securing a Defile leading to the Ebro cuts the Enemy off from the River.*

Caesar omnes copias castris educit magnoque circuitu nullo certo itinere exercitum ducit. Nam quae itinera ad Hiberum atque Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur. Ac primo Afraniani milites visendi causa laeti ex castris procurrebant contumeliosisque vocibus prosequebantur nostros. Erat enim iter a proposito diversum, contrariamque in partem iri videbatur.

Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt iamque primos superare regionem castrorum animum adverterunt, conclamatur ad arma, atque omnes copiae exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent. Confecit prior iter Caesar atque ex magnis rupibus nactus planitiem in hac contra hostem aciem instruit.

Digitized by Google

Afranius, cum ante se hostem videret, collem quendam nactus ibi constitit.

19. *Afranius surrenders after making an Unsuccessful Attempt to return to Ilerda.*

Erat occasio bene gerendae rei. Sed Caesar in eam spem venerat, se sine pugna et sine vulnere suorum rem conficere posse, quod re frumentaria adversarios interclusisset. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur aegre. Itaque magnus eorum cotidie numerus ad Caesarem perfugiebat. In his erat angustiis res. Sed ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti, quod ibi paulum frumenti reliquerant. Tarraco longius aberat; quo spatio plures rem posse casus recipere intellegebant.

Hoc probato consilio ex castris proficiscuntur. Caesar cum legionibus subsequitur. Pugnatur acriter ad novissimum agmen, compluresque milites interficiuntur. Tum vero consistunt necessario et procul ab aqua et natura iniquo loco castra ponunt. Tandem omnibus rebus obsessi, aquae, lignorum, frumenti inopia colloquium petunt. Venitur in eum locum quem Caesar delegit. Audiente utroque exercitu loquitur Afranius: Se perpessos omnium rerum inopiam; nunc vero neque corpore dolorem neque animo ignominiam ferre posse; itaque se victos confiteri. Ad ea Caesar respondit: Se nemini

Digitized by Google

nociturum. Provinciis excedere exercitumque dimittere iussit.

20. *Varro at first wavers, but finally sides with Pompey.*

M. Varro in ulteriore Hispania initio cognitis iis rebus, quae sunt in Italia gestae, diffidens Pompeianis rebus, amicissime de Caesare loquebatur neque se in ullam partem movebat. Postea vero, cum Caesarem ad Massiliam detineri cognovit, copias Petrei cum exercitu Afranii esse coniunctas, magna auxilia convenisse, atque haec ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat, se quoque ad motus fortunae movere coepit. Dilectum habuit tota provincia et bellum parabat. Ratio autem haec erat belli, ut se cum duabus legionibus Gades conferret, naves frumentumque omne ibi contineret. Progresso ei paulo longius litterae Gadibus redduntur, consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quae essent ibi in praesidio, ut urbem insulamque Caesari servarent.

21. *He is deserted by one of his Legions and surrenders to Caesar. Caesar arrives at Marseilles and learns that he has been named Dictator.*

His cognitis rebus altera ex duabus legionibus ex castris Varronis, adstante et inspectante ipso, signa sustulit seseque Hispalim recepit. Quibus rebus perterritus Varro, cum itinere converso sese Italicam

Digitized by Google

venturum praemisisset, certior ab suis factus est praeclusas esse portas. Tum vero omni interclusus itinere ad Caesarem mittit, paratum se esse legionem, cui iusserit, tradere. Ille ad eum Sextum Caesarem mittit atque huic tradi iubet.

Caesar, qui magistratus principesque omnium civitatum sibi esse praesto iusserat, contione habita omnibus gratias agit, biduumque Cordubae commoratus Gades proficiscitur. Provinciae Q. Cassium praeficit. Ipse Tarraconem et inde Narbonem atque Massiliam pervenit. Ibi legem de dictatore latam seseque dictatorem dictum a M. Lepido praetore cognoscit.

22. *Surrender of Marseilles.*

Dum haec in Hispania geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas turresque ad oppidum agere instituit. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullae contextae viminibus vineae sustinere possent. Tandem autem Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adducti, bis proelio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati, sese dedere constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius cognita Massiliensium voluntate naves tres comparav-

Digitized by Google

Digitized by Google

Walker & Boutall Sc.

Digitized by Google

erat. Ex quibus unam conscendit et nactus turbidam tempestatem profectus est auxilioque tempestatis ex conspectu abiit. Massilienses arma tormentaque ex oppido proferunt, pecuniam ex publico tradunt. Caesar duas ibi legiones praesidio relinquit; ipse ad urbem proficiscitur.

23. *Curio's Campaign in Africa.*

Isdem temporibus C. Curio in Africam profectus ex Sicilia appellit ad eum locum, qui appellatur Anquillaria. Obsidere Uticam valloque circummunire instituit. Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otii. Itaque de deditione omnes iam palam loquebantur. Haec cum agerentur, nuntii praemissi ab rege Iuba venerunt, qui eum adesse cum magnis copiis dicerent et de custodia ac defensione urbis hortarentur. Huic simultas cum Curione intercedebat, quod tribunus plebis legem promulgaverat, qua lege regnum Iubae publicaverat.

Ex perfugis quibusdam audit Curio Iubam revocatum finitimo bello restitisse in regno, Saburram, eius praefectum, cum mediocribus copiis missum Uticae appropinquare. His auctoribus temere credens proelio rem committere constituit. Equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen Bagradam, quibus praeerat Saburra. Equites missi nocte imprudentes atque inopinantes Numidas aggrediuntur et magnum eorum numerum interficiunt.

Digitized by Google

24. *Battle at the River Bagrada.*

Curio cum omnibus copiis quarta vigilia exierat. Progressus milia passuum sex equites convenit, rem gestam cognovit. Equites sequi iubet sese iterque accelerat. At illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant, atque alii alio loco resistebant. Iuba certior factus a Saburra de nocturno proelio duo milia equitum, et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit; ipse cum reliquis copiis elephantisque sexaginta lentius subsequitur.

Saburra copias equitum peditumque instruit atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant. Curio hostes fugere arbitratus copias ex locis superioribus in campum deducit. Dat suis signum Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit. Non deest negotio Curio suosque hortatur. Ne militibus quidem ut defessis, neque equitibus, ut paucis et labore confectis, studium ad pugnandum virtusque deerat; sed hi erant numero ducenti, reliqui in itinere substiterant.

25. *Defeat and Death of Curio. A few of his Troops escape to Sicily. The rest surrender, of whom many are put to death by Juba.*

Hostium copiae submissis ab rege auxiliis crebro augebantur; nostros vires lassitudine deficiebant, simul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere neque in locum tutum referri poterant, quod tota

Digitized by Google

acies equitatu hostium circumdata tenebatur. Hortatur Curionem Cn. Domitius, praefectus equitum, ut fuga salutem petat atque in castra contendat. At Curio numquam se amisso exercitu in Caesaris conspectum reversurum confirmat atque ita proelians interficitur. Equites ex proelio perpauci se recipiunt. Milites ad unum omnes interficiuntur.

His rebus cognitis Marcius Rufus quaestor in castris relictus a Curione cohortatur suos, ne animo deficiant. Illi orant atque obsecrant, ut in Siciliam navibus reportentur. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Sed tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur. Quibus rebus accidit ut pauci milites in Siciliam incolumes pervenirent.

Reliquae copiae missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus sese ei dediderunt. Quarum cohortium milites postero die ante oppidum Iuba conspicatus suam esse praedicans praedam magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum remisit. Ipse diebus post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

26. *Caesar's First Dictatorship.*

Dictator habet comitia Caesar, consules creantur Iulius Caesar et P. Servilius. Cum fides tota Italia

Digitized by Google

esset angustior neque creditae pecuniae solverentur, constituit, ut per arbitros fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuisset, atque eae creditoribus traderentur. Hoc et ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit. Itemque nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos illis temporibus, quibus in urbe praesidia legionum Pompeius habuerat, in integrum restituit. His rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis undecim dies tribuit dictaturaque se abdicat et ab urbe proficiscitur Brundisiumque pervenit.

27. *Caesar crosses to Greece with a part of his Troops.*

Eo legiones duodecim, equitatum omnem venire iusserat. Sed tantum navium repperit, ut anguste quindecim milia legionariorum militum, sexcenti equites transportari possent. Hoc unum Caesari ad celeritatem conficiendi belli defuit. Pompeius annuum spatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum a bello atque ab hoste otiosum fuerat, magnam classem coegerat, legiones effecerat civium Romanorum novem, frumenti vim maximam comparaverat. Hiemare Dyrrhachii, Apolloniae omnibusque oppidis maritimis constituerat, ut mare transire Caesarem prohiberet, eiusque rei causa omni

Digitized by Google



Walker & Boutall sc.

Digitized by Google

Digitized by Google

ora maritima classem disposuerat. Caesar, ut Brundisium venit, contionatus apud milites, conclamantibus omnibus, quodcumque imperavisset, se aequo animo esse facturos, naves solvit. Postridie terram attigit Cerauniorum saxa inter et alia loca periculosa quietam nactus stationem, et ad eum locum, qui appellabatur Palaeste, omnibus navibus ad unam incolumibus milites exposuit.

28. *He sends back his Ships for the rest of the Troops, but Bibulus meets and destroys many of them on the passage.*

Expositis militibus naves eadem nocte Brundisium a Caesare remittuntur, ut reliquae legiones equitatusque transportari possent. Sed serius a terra provectae naves neque usae nocturna aura in redeundo offenderunt. Bibulus enim Corcyrae certior factus de adventu Caesaris inanibus occurrit, et nactus circiter triginta omnes incendit eodemque igne nautas dominosque navium interfecit. Hoc confecto negotio litora omnia longe lateque classibus occupavit.

29. *Unsuccessful Attempt of Octavius to seize Salonae for Pompey.*

M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit: oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum et loci natura et colle munitum. Sed cives Romani, cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum, ad extremum auxilium descen-

Digitized by Google

derunt servosque omnes puberes liberaverunt. Octavius quinis castris oppidum circumdedit atque uno tempore obsidione et oppugnationibus eos premere coepit. Illi nacti occasionem meridiani temporis in proxima Octavii castra irruperunt et Octavium in naves confugere coegerunt. Iamque hiems appropinquabat et Octavius desperata oppugnatione oppidi Dyrrhachium sese ad Pompeium recepit.

30. *Caesar again attempts to treat with Pompey. Oricum and Apollonia open their Gates to Caesar.*

L. Vibullium Rufum, Pompei praefectum, pro suis beneficiis Caesar idoneum iudicaverat, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret, eundemque apud Cn. Pompeium auctoritatem habere intellegebat. Vibullius ad Pompeium contendit, ut adesse Caesarem nuntiaret. Pompeius erat eo tempore in Candavia iterque ex Macedonia in hiberna Apolloniam Dyrrhachiumque habebat. Sed re nova perturbatus maioribus itineribus Apolloniam petere coepit, ne Caesar orae maritimae civitates occuparet. At ille expositis militibus eodem die Oricum proficiscitur. Quo cum venisset, L. Torquatus, qui iussu Pompei oppido praeerat, portas aperuit et se atque oppidum Caesari dedidit. Recepto Caesar Orico nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur. Eius adventu audito Apolloniates ad Caesarem legatos mittunt oppidoque recipiunt.

Digitized by Google

31. *Caesar and Pompey encamp on opposite sides of the River Apsus.*

At Pompeius cognitis his rebus, quae erant Orici atque Apolloniae gestae, Dyrrhachio timens, diurnis eo nocturnisque itineribus contendit. Simul Caesar appropinquare dicebatur. Sed cum prope Dyrrhachium Pompeius constitisset castraque metari iussisset, Caesar praeoccupato itinere ad Dyrrhachium finem properandi facit castraque ad flumen Apsum ponit in finibus Apollonatium. Ibi reliquarum ex Italia legionum adventum exspectare et sub pellibus hiemare constituit. Hoc idem Pompeius fecit et trans flumen Apsum positis castris eo copias omnes auxiliaque conduxit.

32. *Reinforcements from Italy land at Nymphaeum and succeed in joining Caesar.*

Multi iam menses erant et hiems praecipitaverat, neque Brundisio naves legionesque ad Caesarem veniebant. Ac nonnullae eius rei praetermissae occasiones Caesari videbantur. Quibus rebus permotus Caesar Brundisium ad suos severius scripsit, nacti idoneum ventum ne occasionem navigandi dimitterent. Illi administrantibus M. Antonio et Fufio Caleno nacti austrum naves solvunt atque altero die Apolloniam praetervehuntur. Nacti portum, qui appellatur Nymphaeum, eo naves introduxerunt.

Digitized by Google

Haec eodem fere tempore Caesar atque Pompeius cognoscunt. Diversa sibi ambo consilia capiunt: Caesar, ut quam primum se cum Antonio coniungeret; Pompeius, ut venientibus in itinere se opponeret, si imprudentes ex insidiis adoriri posset. Eodem die uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exercitum educunt, Pompeius clam et noctu, Caesar palam atque interdiu. Pompeius idoneum locum nactus, ibi copias collocavit suosque omnes castris continuit ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset eius adventus. Haec ad Antonium statim per Graecos deferuntur. Ille missis ad Caesarem nuntiis unum diem sese castris tenuit; altero die ad eum pervenit Caesar. Cuius adventu cognito Pompeius, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit omnibusque copiis ad Asparagium pervenit atque ibi idoneo loco castra ponit.

33. *Operations at Asparagium. Pompey is cut off from Dyrrhachium and encamps at Petra.*

Caesar, postquam Pompeium ad Asparagium esse cognovit, eodem cum exercitu profectus, tertio die ad Pompeium pervenit juxtaque eum castra posuit et postridie eductis omnibus copiis decernendi potestatem Pompeio fecit. Ubi illum suis locis se tenere animum advertit, aliud sibi consilium capiendum existimavit. Itaque postero die magno circuitu difficili angustoque itinere Dyrrhachium profectus est,

Digitized by Google

sperans Pompeium aut Dyrrhachium compelli aut ab eo intercludi posse, quod omnem commeatum eo contulisset. Pompeius per exploratores certior factus postero die castra movit, breviore itinere se occurrere ei posse sperans. Quod fore suspicatus Caesar militesque adhortatus, ut aequo animo laborem ferrent, parva parte noctis itinere intermisso mane Dyrrhachium venit, cum primum agmen Pompei procul cerneretur, atque ibi castra posuit. Pompeius interclusus Dyrrhachio, edito loco, qui appellatur Petra aditumque habet navibus mediocrem atque eas a quibusdam protegit ventis, castra communit.

34. *Caesar changes his Plans and determines to effect a Junction with Domitius in Macedonia. Pompey hastens in the same Direction to support Scipio. Domitius narrowly escapes falling into Pompey's hands and joins Caesar at Aeginium.*

Caesar a superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam belli rationem existimavit. Itaque impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam praemisit, ipse de quarta vigilia proficiscitur. Neque vero Pompeius moram ullam ad insequendum intulit. Caesari ad saucios deponendos necesse erat adire Apolloniam. Sed timens Domitio, ne adventu Pompei praeoccuparetur, ad eum omni celeritate et studio incitatus ferebatur. Pompeius quoque ad Scipionem properandum sibi existimabat; si Caesar iter illo haberet, ut subsidium Scipioni

Digitized by Google

ferret; si ab ora maritima discedere nollet, quod legiones ex Italia exspectaret, ipse ut omnibus copiis Domitium aggrederetur. His de causis uterque eorum celeritati studebat. Sed Caesarem Apollonia a directo itinere averterat; Pompeius per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat. Accessit etiam ex improviso aliud incommodum, quod Domitius, cum dies complures castris Scipionis castra collata habuisset, rei frumentariae causa ab eo discesserat et Heracliam, quae est subiecta Candaviae, iter fecerat, ut ipsa fortuna illum obicere Pompeio videretur. Sed Allobroges, qui ad Pompeium perfugerant, conspicati in itinere exploratores Domitii, Caesaris profectionem, adventum Pompei docuerunt. A quibus Domitius certior factus vix quattuor horarum spatio antecedens hostium beneficio periculum vitavit et ad Aeginium, quod est obiectum Thessaliae, Caesari venienti occurrit.

35. *Caesar takes Gomphi by storm. Metropolis and the other Cities of Thessaly except Larissa submit to him.*

Coniuncto exercitu Caesar Gomphos pervenit, quod est oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro. Eodem, quo venerat, die post horam nonam oppidum altissimis moenibus oppugnare aggressus ante solis occasum expugnavit et ad diripiendum militibus concessit statimque ab oppido castra movit et Metropolim

Digitized by Google

venit. Metropolitae casu civitatis Gomphensis cognito portas aperuerunt. Quibus diligentissime conservatis, collata fortuna Metropolitum cum casu Gomphensium, nulla Thessaliae fuit civitas praeter Larisaeos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Caesari parerent atque imperata facerent. Ille idoneum locum in agris nactus plenis frumentorum, quae prope iam matura erant, ibi adventum exspectare Pompei eoque omnem belli rationem conferre constituit.

36. *Pompey enters Thessaly. His Party are confident of Victory.*

Pompeius paucis post diebus in Thessaliam pervenit contionatusque apud cunctum exercitum suis agit gratias, Scipionis milites cohortatur, receptisque omnibus in una castra legionibus suum cum Scipione honorem partitur. Auctis copiis Pompei duobusque magnis exercitibus coniunctis pristina omnium confirmatur opinio et spes victoriae augetur adeo ut, si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio et consulares praetoriosque servorum habere numero dicerent. Postremo omnes aut de honoribus suis aut de praemiis pecuniae agebant neque quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti victoria deberent cogitabant.

Digitized by Google

37. *Each side tries to secure Vantage Ground for a Battle.*

Re frumentaria praeparata confirmatisque militibus temptandum Caesar existimavit, quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exercitum eduxit aciemque instruxit. Pompeius, qui castra in colle habebat, ad infimas radices montis aciem instruebat, semper, ut videbatur, exspectans, si iniquis locis Caesar se subiceret. Caesar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans, hanc sibi commodissimam belli rationem iudicavit, uti castra ex eo loco moveret et insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus, signo iam profectionis dato animum adversum est extra cotidianam consuetudinem longius a vallo esse aciem Pompei progressam, ut non iniquo loco posse dimicari videretur. Tunc Caesar apud suos, 'Differendum est,' inquit, 'iter in praesentia nobis et de proelio cogitandum. Animo simus ad dimicandum parati: non facile occasionem postea reperiemus'; confestimque expeditas copias educit.

38. *Battle of Pharsalia.*

Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed

Digitized by Google

Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent neve se loco moverent aciemque eius distrahi paterentur. Sed nostri milites dato signo cum infestis pilis procucurrissent atque animum advertissent non concurri a Pompeianis, usu periti ac superioribus pugnis exercitati sua sponte cursum represserunt et ad medium fere spatium constiterunt, ne consumptis viribus appropinquarent, parvoque intermisso temporis spatio ac rursus renovato cursu pila miserunt celeriterque, ut erat praeceptum a Caesare, gladios strinxerunt. Neque vero Pompeiani huic rei defuerunt. Nam et tela missa exceperunt et impetum legionum tulerunt.

39. *Pompey's Cavalry at first gain some Advantage, but are afterwards routed and driven to the Mountains. General Rout of Pompey's Forces.*

Eodem tempore equites ab sinistro Pompei cornu universi procucurrerunt. Quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim loco motus cessit, equitesque Pompei aciem nostram a latere aperto circumire coeperunt. Quod ubi Caesar animum advertit, quartae aciei, quam instituerat sex cohortium, dedit signum. Illae celeriter procucurrerunt infestisque signis tanta vi in Pompei equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret omnesque con-

Digitized by Google

versi non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu pugnantibus etiam tum ac resistentibus in acie Pompeianis circumierunt eosque a tergo sunt adortae. Eodem tempore tertiam aciem Caesar, quae quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit. Ita cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt atque universi terga verterunt.

40. *Pompey retires to his Camp. The Camp is taken, and Pompey, escaping with difficulty, makes his way first to Larissa and afterwards to the Sea-shore where he embarks on board a Corn Ship.*

